

Dat. die 7. Septem. 1602. An. XI.

adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die septima Septembris, millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus nostri Anno undecimo.

CCXC.

Ex Reg. in Secret. brev.

Confirmatio Concordiæ inter Episcopum, & Capitulum Barchinonen. inita super jurisdictione civili, & criminali.

CLEMENSE EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium:

EX debito pastoralis officii, quo nobis Dominici gregis cura commissa est, circa universorum Christianissimum pacem, & tranquillitatem sollicitis studiis intendentes ea, quæ inter fideles ipsos, sublatis litigiorum anfractibus, concordia terminata esse dicuntur, ne in recidivum contentions serupulum relabantur, sed firma perpetuo, & illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, Apostolico munimine roboramus.

Quamplures Cause inter Episcopum, & Capitulum agitate fuerant super Jurisdictione civili, & criminali.

§. 1. Sane pro parte Ven. Fratris nostri Ildefonsi Episcopi Barchinonen., & dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Barchinonen. nobis nuper exhibitæ petitiõ continebat, quod ipsi attendentes occasione quamplurimum, & diversarum litium, & causarum, quæ inter pro tempore existentes Episcopos Barchinonen., ac Capitulum, & Canonicos dictæ Ecclesiæ per spatium septuaginta annorum eorum diversis Judicibus in Romana Curia, & præsertim Palatii Apostolici causarum Auditoribus agitata, & demum ad preces charissimi in Christo filii nostri Philippi secundi Hispaniarum Regis Catholici ab eisdem Judicibus advocata, & boni mem: Scipioni Lancellotto primum, & deinceps eo ex humanis sublato dilectis filiis nostris Dominico Pinello, & Flaminio Plato S. R. E. Cardinalibus tam ad concordandum, quam ad decidendum super Jurisdictione civili, & criminali, ac aliis diversis Juribus, administrationibus, & præventionibus Episcopi, Capituli, & Canonicorum prædictorum a nobis specialiter commissa fuerant, magnas per utramque partem pecuniarum summas consumptas fuisse, & quod graviter dolendum est, divina officia, publicamque, & privatam pacem, & quietem dictæ Ecclesiæ perturbatam esse, ac in dies magis, ac magis perturbari, in magnum divini cultus detrimentum, & præjudicium, ac tam Clericorum, quam Religiosorum, ac Laicorum scandalum plurimorum.

Partes Concordiam in-

§. 2. Ac volentes omnium hujusmodi discordiarum occasiones amputare, litiumque, & dissensionum flammam, & anfractus, quæ dubios, & tristes pariunt eventus, extinguere, per nonnullos graves, & eruditos Viros ab utraque parte electos, qui ve-

teres Constitutiones, statuta, privilegia, concordias, sententias, laudabiles consuetudines, antiquumque, & ordinatum ejusdem Ecclesiæ statum summa diligentia recognoverunt, intus Domos Capitulares dictæ Ecclesiæ, ubi pro similibus actibus, & negociis pertractandis convocari solent ad sonum campanæ, & per communem nuntium, ut moris est, vocati, & capitulariter congregati a litibus hujusmodi recedentes, illasque revocantes, & annullantes, Juræque, & actiones sibi invicem remittentes, pro bono pacis, & concordie, ac alias ad infra scriptam conventionem, concordiam, & transactionem, per quam aliqua, quæ in eisdem Constitutionibus, Statutis, privilegiis, concordis, sententiis, & consuetudinibus, clara non erant, & usu, declararunt, non tamen derogare intenderunt aliquibus, quæ non controvertentur, sed illa in suis robore, & firmitate illesa remanere voluerunt, & protestati sunt sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito, tamquam de re dubia, & lite incerta inter eos deventurum.

Concordia tenor.

§. 3. Videlicet in primis, quoniam dicta Ecclesia sicut aliæ Ecclesiæ Provinciæ Tarraconen. habet Jurisdictionem civilem, & criminalem, & hucusque controversum est inter Episcopum, & Capitulum prædictos, an Jurisdictiones hujusmodi exerceri debeant per solum Episcopum, aut per solum Capitulum, vel per Episcopum, & Capitulum simul, & conjunctim fieri deberet: quodque Episcopus, seu ejus Vicarius generalis Canonicus actu præbendatus cum ipso Capitulo intus Domos Capitulares hujusmodi ederent Statuta, Ordinationes, Constitutiones, & deliberationes ad gubernationem rerum mensæ Capitularis, & Ecclesiæ pertinentes; & quia dicta Ecclesia consistit in quamplurimis administrationibus, quod electiones, deputationes, & revocationes officialium pro administratione, & gubernio illarum fierent in Capitulo per Episcopum, seu Vicarium, & Capitulum hujusmodi simul, & capitulariter: ac quod Beneficia per uniones, & bona per dismembrationes applicata, eorumque fructuum distributiones, seu dispensationes, concessiones, donationes, contractus, & alia quæcumque concernentia interesse dictorum Capituli, & Ecclesiæ administrarentur, & gubernarentur, non solum per Episcopum, & seu ejus Vicarium prædictum, sed communiter per Episcopum, & Capitulum, adeo ut, tam super dictis administrationibus, ac administratis in illis per Canonicos, & alias personas ab ipso Episcopo, seu Vicario, & Capitulo prædictis deputatas, seu deputandas, quam super omnibus aliis suprascriptis non posset solum Episcopus, seu Vicarius prædictus aliquo modo etiam visitando, ut Ordinarius, nec alias se introrittere, nisi vigore specialis Commissionis, seu Rescripti a Nobis, & Romanis Pontificibus, vel Sede Apostolica emanati, & quod Jurisdictione cognoscendi de causis civilibus, in quibus Canonici, ut Rei convenirent, ad dictum Vicarium spectaret, & pertinere; in causis vero civilibus, in

in quibus Canonici erunt Actores ad solum Episcopum, & eo volente, seu expresse permittente ad ejus Vicarium prædictum, seu alios officiales pertineret; In causis autem civilibus super administratione rerum, & bonorum dicti Capituli, illiusque mensæ Jurisdictione tam active, quam passive, sive Canonici essent Rei, sive Actores ad Episcopum, & Capitulum prædictos communiter spectaret; Quodque edicta, monitiones, & cartellæ administrationis rerum, & bonorum dictæ Ecclesiæ tantum concernentia publicarentur in eadem Ecclesia nomine Vicarii prædicti; Reliqua vero edicta, monitiones, & cartellæ concernentia particularem, seu generalem Reformationem, & correctionem morum, vel alia quæcumque negotia dictæ Civitatis, ac totius, seu partis Diocesis Barchinonen., & quæ ad instantiam particularium quorumcumque pro rebus, & negotiis quibuslibet communibus, & particularibus, aut alias quocumque modo, causa, & respectu in dicta Ecclesia intimari, notificari, proponi, seu publicari contingerit publicarentur, & publicanda essent nomine solius Episcopi, vel eo volente, & permittente, & non alias nomine Vicarii prædicti. Et insuper quocumque in Capitulo ab Episcopo, seu Vicario, & Capitulo prædictis fieret communiter Statutum, deliberatio, seu Constitutio, vel quid aliud gravans aliquem ex Canonicis, vel Beneficiatis, aut aliis Clericis, & Ministris prædictæ Ecclesiæ, a prætenso gravamine non possit recurri, nec appellari ad Episcopum, seu Vicarium prædictos, sed tantum ad Metropolitanum, seu alium legitimum superiorem, vel Romanum Pontificem: Præterea, quod Convocationes, & Congregationes Capitulum spectarent, & pertinerent ad Episcopum, & ipso absente ab ejus Ecclesia, ad ejus Vicarium prædictum privative quoad omnes alios Canonicos, etiã antiquiorem, præterquam in Congregationibus Capitulum generalium mensis Maii, & Capitulum ordinarium cujuslibet hebdomadæ congregandum tantum in diebus Lunæ, & Veneris: quæ quidem Congregationes, absente tamen Episcopo ab ejus Ecclesia, suoque Vicario prædicto in dictis diebus, & mense Maii, ac durante tempore prorogationis dictorum Capitulum generalium ulterius usque ad Vigiliam festi Sancti Jacobi Apostoli juxta Constitutionem Capitularem hæc disponentem solum per Canonicum antiquiorem fieri possit. Quodque ubi, & quoties foret in Capitulo tractandum de aliquo interesse, seu privato commodo Episcopi, vel ejus Vicarii prædictorum, ac suorum, Capitulum teneri, & haberi posset sine interventu Episcopi, sive ejus Vicarii prædicti, certiorato tamen ante ingressum Capituli pro debito urbanitatis Episcopo tantum, existente eo in prædicta Ecclesia, & non alibi: Finito tamen eo negotio tangente Episcopum, seu ejus Vicarium prædictum nihil aliud possit tractari, nec concludi in Capitulo: ulterius quod cura procurandi, & indicendi silentium in choro, dum di-

vina celebrantur officia tam noctu, quam diu, & in processibus faciendis intus, & extra Ecclesiam spectaret ad Præcentorem, & suo casu ad Succentorem, vel ad alias personas per Episcopum, & Capitulum prædictos ad id deputatas, seu deputandas: ac quod potestas, sive Jurisdictione privandi distributionibus quotidianis, & ab ingressu chori Dignitates, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Conductitios propter interruptionem silentii hujusmodi, & excessus in choro, & processibus hujusmodi commissos ad Præcentorem, & suo casu ad Succentorem, seu ad alias personas per Episcopum, & Capitulum ad id deputatas, seu deputandas hujusmodi, spectaret, & pertineret: nec non quod in inquirendis, corrigendis, & puniendis excessibus, & delictis Canonicorum præbendorum dictæ Ecclesiæ, tam quando Episcopus visitaret, quam quoties extra visitationem ex officio, vel ad petitionem alicujus, aut alias foret procedendum, servaretur concordia, sive sententia sic: re: Nicolai Papæ Quinti Prædecessoris Nostri sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octavo Prædictæ nonas Julii Pontificatus sui secundo, & sub Datum ejusdem Incarnationis anno millesimo quadringentesimo nono Quinto nonas Maii ejusdem Pontificatus tertio annis: per quam quidem sententiam, & declarationem hoc Jus particulare tribuitur, videlicet quod circa capturam Canonicorum præbendorum dictæ Ecclesiæ, & processus criminales contra ipsos per dictum Episcopum, aut ejus officiales faciendos, serventur Constitutiones laudabiles eatenus in dicta Ecclesia observate: Ita ut in his absque adjuncto ipsius Ecclesiæ præbendato Canonico a dicto Capitulo deputato de cætero minime procedere valeat, aut possit: hoc tamen addito, quod Episcopus, vel ejus Vicarius generalis prædictus in prædictis procederet cum dicto adjuncto Canonico actu etiam præbendato a Capitulo deputato, de ejus Canonici consilio, & consensu Episcopus, vel Vicarius prædictus tam in formando processus criminales contra aliquem ex dictis Canonicis, & circa eorum capturam, quam in omnibus aliis actibus usque ad sententiam definitivam, vel ejus executionem inclusive teneretur procedere coram Notario Episcopi, & in ejus Palatio, aut solito Tribunali: addito etiam, quod si Nobis placeret, comprehenderentur obtinentes Dignitates in eadem Ecclesia, licet in prædicta sententia de illis nulla fiat mentio. Insuper quod pro excessibus commissis per Beneficiatos, & Clericos dictæ Ecclesiæ intus eandem Ecclesiam, & ejus ambitum, seu claustra, & in quibuscumque processibus, quæ sunt intra, vel extra Ecclesiam possent iidem Beneficiati, & Clerici per Capitulum, seu ejus officiales ad id deputatos privari distributionibus quotidianis, & per solum Episcopum, seu ejus officiales puniri condigne juxta mensuram, & qualitatem delicti: Punio vero delictorum, quæ intus dictam

dictam Ecclesiam, & ejus ambitum, seu claustra committi contingeret per laicos, & alias personas, quae non erunt de foro Ecclesiastico, ad Episcopum tantum, sive ejus officiales, & ministros privative quoad Capitulum spectaret, & pertineret, ita ut similes delinquentes laici in flagrante crimine reperti per Monachos nuncupatos, seu alios Capituli ministros capi, & cippis, ac compedibus, seu alibi intus dictam Ecclesiam cum tamen custodia, & non alias detineri, & exinde statim, seu paulo post liberari, ac cum effectu Episcopo, seu ejus officialibus, vel sua Curiae ministris petentibus tradi deberent. Demum, quod Episcopus in tota sua visitatione quolibet anno faciendam per se ipsum, aut Vicarium praedictum pro visitanda Ecclesia, Canonicis, Dignitatibus, Beneficiatis, Clericis, & aliis praedictis teneretur munus visitationis hujusmodi obire cum duobus Canonicis assistentibus a Capitulo nominandis, qui tamen non essent Convistatores, sed mere Assistentes sine consilio, & consensu: quodque edicta, & monitiones, seu cartellae omnes, quae faciendae, publicandae, seu notificandae forent intus dictam Ecclesiam tam pro visitatione ipsa intimanda, & notificanda, quam pro aliis quibuscumque ad dictam visitationem spectantibus, & necessariis posset Episcopus suo nomine tantum in dicta Ecclesia facere, illaque publicare, aut eo delegante, seu committente, Vicario praedicto nomine dicti Delegati, prout in Instrumento publico sub die septima mensis Februarii anni Domini millesimi sexcentissimi primi in Civitate Barchinonen. celebrato dicitur contineri.

Confirmari  
peperit auctoritate Apostolica.

§. 4. Quare pro parte Ildesoni Episcopi, ac Capituli, & Canonicorum praedictorum, qui, ut asserunt, se concordiam, conventionem, & transactionem hujusmodi, omniaque, & singula illius capita observare, & attendere velle promiserunt, nulloque unquam tempore aliqua ratione, vel causa variare promittunt, & ad id sub amplissimis clausulis invicem se se obligarunt, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus concordiam, ac transactionem, & in ea contentis hujusmodi pro illorum subsistentia robur Apostolica confirmationis adiacere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmatur.

§. 5. Nos igitur, qui inter personas quaelibet praesertim ecclesiasticas pacem, & concordiam nostris potissimum temporibus vigere sinceris exoptamus affectibus, quique hodie habita etiam eorundem Dominici, & Flaminii Cardinalium, quibus universum hoc negotium examinandum demandaveramus, de praemissis omnibus, & singulis, litiumque, & causarum, ac controversiarum praedictarum statu, & meritis, plena relatione, causas ad Nos advocavimus, litisque, & controversias hujusmodi extinximus, prout in supplicatione desuper manu nostra signata, cujus solam signaturam quoad id sufficere volumus, plenius continetur, Ildesonum Episcopum, ac singulares

personas Capituli hujusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, nec non litium, & causarum, ac controversiarum praedictarum statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium cum inde sequitis praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, concordiam, conventionem, ac transactionem, omniaque, & singula praedicta, salva tamen, & reservata semper in primis omnibus, in quibus de Jure necessaria fuerit, nostra, & Sedis Apostolica auctoritate, ita ut facultas uniendo, dismembrandi, supprimendi, & applicandi, vel alia, in quibus dictae Sedis auctoritas, & licentia quomodolibet requiritur, faciendi per praesentes nullatenus Episcopo, ac Capitulo, & Canonicis praedictis concessa sit, vel censeatur, & salvis etiam reservationibus, & affectionibus Apostolicis, praeterquam quoad caput illud de Ecclesiae praedictae Dignitates obtinentibus, quos dicti Nicolai Praedecessoris sententia beneficio uti, eosque sub capite hujusmodi comprehendere, aut includere nullatenus intendimus, Apostolica auctoritate, & ex certa scientia perpetuo approbamus, & confirmamus, ac Apostolici scripti patrocinio communimus, omnesque, & singulos tam Juris, quam facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, supplemus, nec non semper valida, & efficacia existere, suosque effectus fortiri, ac ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari mandamus: & nihilominus in iis, quae in praemissis per Capitulum, & Canonicos praedictos cum interventu, & assistentia Episcopi, seu ejus Vicarii praedicti votum habentis simul, & capitulariter tractanda fuerint, ea obtinere debere juxta consuetudinem in Ecclesia Barchinonen. hactenus observatam, quae a majori parte Capituli tractata, ordinata, & statuta fuerint, declaramus.

Clausula.

§. 6. Sicque in praemissis ab omnibus censeri, atque ita, & non alias per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum dicti Palatii Auditores, ac praedictos, & quovis alios ejusdem S. R. E. Cardinales, & de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique, & in quavis Instantia iudicari, & definiti debere, ac quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Exequutorum deputatio.

§. 7. Quocirca dilectis filiis Curiae causarum Camerae Apostolicae generali Auditori, ac Abbati Sancti Cucufatis de Valles Barchinonen. Diocesis. ac Archidiacono majori Ecclesiae Tarraconen. per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut

aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Ildesoni, & pro tempore existentis Episcopi, ac singularum personarum Capituli Barchinonen. fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra, praesentes literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter, & inviolabiliter observari, ac singulos, quos litterae ipsae concernunt, & concernent in futurum, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes ipsos, vel aliquem eorum desuper per quoscumque quomodolibet indebitum molestari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas, ac caetera opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, nec non legitimum super his habendis, servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

Derogatio contrariorum

§. 8. Non obstant praemissis, ac pia memoriae Bonifacii Papae VIII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad Judicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac etiam in Provincialibus, & Synodalibus conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non dictae Ecclesiae etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, usibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem Episcopo, & Capitulo, aut quibusvis aliis superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specifica, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti essent, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie latissime derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Per praesentes autem non intendimus quascumque uniones, annexiones, incorporationes, dismembrationes, suppressiones, & applicationes hactenus quomodolibet factas in aliquo approbare. Volumus, Bull. Rom. Tom. V. Par. II.

mus autem, quod Collegium Beneficiorum, illiusque singulares personae bonae, administrationes, & Jura quaecumque, si quae habent in praesenti concordia, vel sub ea non comprehendantur, nec in alio quovis modo ledantur, sed in omnibus, & per omnia in eisdem statu, & terminis, in quibus ante eandem concordiam erant, remaneant.

Clausula poenales.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, intentionum, approbationis, confirmationis, communitationis, suppletionis, mandatorum, declarationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli se noverit incursum.

Dat. die 26 Septem. 1602 An. XI.

Datum Romae apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo secundo sexto Kalen. Octobris Pontificatus nostri Anno undecimo.

J. Richardot.  
B. Leva.  
D. Balbus.  
A. Ruspoli.

CCXCI.

Ordinationes observanda in subministrazione alimentorum, contractibusque, & ultimis voluntatibus miserabilium Virginum, in Monasterio Sanctae Catharinae de Rosa pie receptarum in Alma Urbe.

Congregationis, & Protectoris hujus Monasterii institutionem, & jurisdictionem videre est in Constit. LXXVI. Pii V. Cupientes Tom. IV. Par. III. fol. 5.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolici muneris divina dispositione nobis licet immeritis injuncti debitum requirit, ut circa statum Monasteriorum quoramlibet, sanctimonialium praesertim in Alma Urbe, pro educandis puellis, & Virginibus, quarum pudicitia ob suorum genitorum impudicum exemplum satis manifesto periculo exposita dignoscitur, inditorum, ac eorundem sanctimonialium, & Virginum, & aliarum personarum prospere dirigendum invigilemus, eorumque subventioni & commoditatibus prospicere studeamus, prout in Domino conficimus salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii Protector, Praelatus, & deputati Congregationis Monasterii Monialium Sanctae Catharinae della Rosa nuncupate de Urbe, sub S. Augustini, seu alterius Ordinis Regula, ipsa Congregatio puellas & Virgines miserabiles de dicta Urbe, quas tam ob earum paupertatem, quam etiam genitricum, vel aliarum muerum,

Causae hujus constitutionis.

O o o licrum,

lierum, penes quas degunt, vitæ impudici-  
tiam, & exemplum scandalosum, simili vi-  
vendi modo, vel prostituendi se periculo  
de facili magis expositas compertum ha-  
bent, a suis genetricibus, & aliis mulieribus  
prædictis, etiam illis invitatis abducere, & in  
dicto Monasterio illius Monialium cura  
educandas & instruendas committere, ac  
alias recipere, sumptibusque, & expensis  
eiusdem Monasterii, & piis fidelium elec-  
mosynis, & largitionibus, alere, & sustenta-  
re consueverint, donec ad ætatem nubilem  
pervenit matrimonio, constituta singulis  
per Congregationem, seu deputatos  
hujusmodi congruenti dote collocentur.  
Cumque propterea Monasterium, seu Con-  
gregatio hujusmodi, cujus redditus satis te-  
nues sunt, multoties rerum angustia pre-  
matur, & commoditatibus, ac aliis sibi ne-  
cessariis indigeat: quia tamen pleræque ex  
puellis pro tempore inibi introductis, &  
abductis, sive earum genitricibus, & parentes  
facultates habent, quibus eisdem puellis ad  
victum, & vestitum necessaria subministrari  
possent, ejusdem Monasterii necessitatibus  
valde consuli possit, si dictis puellis juxta  
suas, aut suorum prædictorum facultates  
necessaria subministrarentur. Idcirco pro  
parte Protectoris, Prælati, & deputatorum  
prædictorum nobis fuit humiliter suppli-  
catum, quatenus ejusdem Monasterii, seu  
Congregationis necessitatibus, & indemni-  
tati prospicere, ac alias præmissis opportu-  
ne providere de benignitate Apostolica di-  
gnemur.

Protectoris &  
Congregatio-  
nis facultat.  
coegendi puel-  
larum paren-  
tes, aut con-  
sanguineos ad  
quos eorum  
alimentatio  
spectat, vel  
alias eorum  
bona etiã ad  
alium usum  
destinata pos-  
sidentes, ad  
præstandum  
eis alimenta.

§. 2. Nos igitur rationi maxime con-  
sentaneum esse rati, ut Monasterium, &  
Congregatio hujusmodi quoad hujusmodi  
puellas facultates habentes in eorum ne-  
cessitatibus subleventur, prædictos Prote-  
ctorem, Prælatum, & deputatos, ac eorum  
singulos a quibusvis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesi-  
asticis sententiis, censuris, & penis, a jure  
vel ab homine, quavis occasione vel causa  
latis, si quibus quomodolibet innodati exi-  
stunt, ad effectum præsentium dumtaxat  
consequendum, harum serie absolventes,  
& absolutos fore consentes, hujusmodi sup-  
plicationibus inclinati, harum serie statui-  
mus, & ordinamus, quod ex nunc deinceps  
perpetuis futuris temporibus, pro iis puel-  
lis, & Virginibus, tam hæctenus receptis,  
quam deinceps recipendis, etiam invitatis  
parentibus, & consanguineis suis, in dicto  
Monasterio, ut ibi educentur, & instruan-  
tur, ad quas aliqua bona, seu facultates, vel  
redditus pertinere, aut quatum parentes,  
seu consanguinei, ad quos alioquin earum  
educatio, & cura pertineret, facultates, ex  
quibus illis alimenta, in totum, vel in par-  
tem præstare possent, possidere constituit,  
alimenta hujusmodi, & alia ad victum, &  
vestitum necessaria, ex bonis, pecuniis, re-  
bus, & proprietatibus ad easdemmet puel-  
las, aut ad earum parentes, seu consangui-  
neos, quibus illarum cura, & alimonia alias  
incumberet, quomodolibet pertinentibus  
& spectantibus, ubicumque existentibus, &

in quibuscumque rebus consistentibus, co-  
rumque fructibus, redditibus, & proventi-  
bus, & introitibus prædicto Monasterio,  
dum & donec ipsa puella in illo degerint,  
juxta declarationem a Protectore, seu Præ-  
lato, & deputatis prædictis, qui quantitatis,  
& qualitatis bonorum hujusmodi, & perso-  
narum, a quibus dicta alimenta præstanda  
erunt, rationem habebunt, faciendam, præ-  
stari, & subministrari omnino debeant, ac  
omnium earundem puellarum, seu alio-  
rum prædictorum bona, res, & proprietates  
hujusmodi, etiam si ex aliquo statuto, ordi-  
natione, legato, vel testamento alicujus ali-  
bi, & in alium usum, etiam sub pœna cadu-  
citatibus, vel devolutionis in eventum contra-  
ventionis destinata, & relicta essent, ad id  
obligata & hypothecata sint, & esse cen-  
sentur, ac remaneant: Ita, & taliter, quod  
puellarum, & Virginum pro tempore intro-  
ducendarum genitricibus, & aliæ parentes  
hujusmodi, & aliæ persona, penes quas  
bona, res, & proprietates prædicta repe-  
riuntur, & quæ ad subministrandum eisdem  
puellis, & Virginibus alimenta, aliaque ne-  
cessaria, alias tenerentur, & obligate exi-  
slerent, ad præstandum, & subministrandum  
eadem alimenta, victum, & vestitum, &  
suppellectilia, seu acconcia vulgariter nun-  
cupata, ac alia ad id consueta, & necessaria,  
juxta Protectoris, seu Prælati, & deputato-  
rum prædictorum declarationem hujusmo-  
di, teneantur, & obligate sint, & ad id pro  
pro tempore existentes Protectorem seu  
Prælatum, & deputatos Congregationis  
prædictæ, quibus plenam, & amplam ad  
præmissa, & alia infra scripta facultatem, &  
auctoritatem per præsentem impertimur,  
etiam via juris, & manu regia, omni mora,  
reclamatione, & dilatione postpositis, ac  
quocumque alio meliori modo, etiam exe-  
cutive cogi, & compelli posse.

§. 3. Præterea ne puella nunc, & pro  
tempore in Monasterio hujusmodi recepte,  
introductæ, & degentes aliquo modo seduci  
valeant, similiter statuimus, & ordinamus,  
quod ipsæ puellæ, quousque ibi manserint,  
per se, vel interpositam personam, de bonis,  
proprietatibus, juribus, actionibus, & aliis  
rebus ad eas quovis modo pertinentibus,  
perventis, & perventuris, ex quacumque  
causa, intuitu, & occasione quomodolibet  
disponere, aut super illis coram quocum-  
que Notario, vel alia persona publica, vel  
privata, cujuscumque dignitatis, conditio-  
nis, auctoritatis, & excellentiæ existente  
contrahere, vel contractum aliquem, aut  
quemvis alium similem, vel dissimilem,  
actum publicum, vel privatum facere, re-  
quirere, aut illi consentire, vel consensum  
suum præstare, reddere, & apponere, &  
quicumque Notarius de præmissis, aut ali-  
quo præmissorum se rogare, nisi, & quatenus  
commodum, & utilitatem dicti Monasterii  
respiciant, absque licentia, consensu, vo-  
luntate, auctoritate, decreto, seu interven-  
tu pro tempore existentis Prælati Congre-  
gationis hujusmodi, nullo unquam tempore  
valide possint, nec valeant, & alias, ac aliter,  
præter-

Puella in Mo-  
nasterio de-  
gentes, nullo  
pacto absque  
licentia Præ-  
lati contrahere  
possint, præterquam  
in commodum  
Monasterii.

præterquam in commodum & utilitatem  
eiusdem Monasterii, pro tempore facta in-  
strumenta, scripturæ, acta, stipulationes, &  
contractus, seu quæcumque aliæ dispositio-  
nes, & ordinationes, nullam in iudicio, &  
extra fidem faciant, ac nulla, irrita, & in-  
fecta, nulliusque roboris, & effectus, vel mo-  
menti prorsus & omnino sint, & pro nullis,  
irritis, ac infectis habeantur, ac censeri de-  
beant.

Et a Congre-  
gatione dota-  
ta, ac supra  
si filios non  
habent, non  
disponant de  
suis bonis  
etiam ad fa-  
vorem alio-  
rum locorum  
piorum nisi  
ultra dotem  
relinquât Mo-  
nasterio quar-  
tam partem  
bonorum suo-  
rum.

§. 4. Et insuper, ut non solum bona ab  
ipso Monasterio, seu dicta Congregatione  
in dotationem dictarum puellarum erogata  
& eroganda, illis absque liberis decedenti-  
bus, ad prædictum Monasterium, seu Con-  
gregationem, ut par est, omnino redeant,  
sed etiam aliquid utilitatis eidem Monaste-  
rio proveniat, volumus, & decernimus,  
quod quodcumque contingat, aliquam ex  
puellis, & Virginibus a prædicta Congrega-  
tione pro tempore dotatis, & matrimonio  
collocatis, absque filiis legitimis, & natura-  
libus decedere, prædictum Monasterium  
illis sic decedentibus, in eorum, tam mo-  
bilibus, quam immobilibus, aliisque cujus-  
cumque qualitatis existentibus bonis, juri-  
bus, rebus, & actionibus quibuscumque  
per eas relictis, aut ad eas pertinentibus,  
tam presentibus, quam futuris, etiam si  
dictæ mulieres pro tempore decedentes, de  
eisdem bonis, & rebus, aliisque ad eas per-  
tinentibus, & competituris, in quarumvis  
personarum, seu etiam aliorum Monaste-  
riorum, Ecclesiarum, & locorum piorum  
favorem quomodolibet disposuerint, nisi  
forfan in eorum dispositionibus eidem Mo-  
nasterio ultra dotem ab ipso Monasterio eis  
traditam, quartam saltem aliorum earum  
bonorum prædictorum reliquerint: quo  
casu dispositiones hujusmodi subsistere, ali-  
ter vero pro tempore faciendas viribus  
omnino carere, ac nullius roboris, & mo-  
menti fore, & esse declaramus: legitime  
succedere, ac hæres esse possit, & debeat,  
prout Nos Monasterium ipsum eisdem sic  
decedentibus mulieribus hæredem, & legiti-  
mum successorem ex nunc perpetuo faci-  
mus, & instituímus. Ita quod liceat nunc,  
& pro tempore existentibus Prælato,  
& deputatis prædictis, seu pro illis Agen-  
tibus, vel Agenti, aut ejusdem Congre-  
gationis Procuratori legitimo, ipsius Mo-  
nasterii nomine, absque alia hæredis insti-  
tutione, Judicis declaratione, vel ministe-  
rio, seu solemnitate, etiam de jure, aut  
consuetudine, vel statuto, debita, aut re-  
quisita, rerum, proprietatum, & bonorum  
a mulieribus decedentibus hujusmodi re-  
lictorum, illarum hereditatum corpora-  
lem, realem, & actualem possessionem,  
eisdemque hereditates suscipere, appré-  
hendere, & etiam fructus exinde percipere,  
exigere, levare, vendere, alienare, & in  
dicti Monasterii, ejusque necessarios usus,  
& utilitatem convertere, ac de illis tam-  
quam de propriis, & ad illud legitime, &  
juridice spectantibus, & pertinentibus dis-  
ponere, cujusvis licentia desuper minime  
requisita, eidem Monasterio, Protecto-  
ri, Prælato, deputatis, & Congregationi  
concedimus, & indulgemus.

ri, Prælato, deputatis, & Congregationi  
concedimus, & indulgemus.

Clausula præ-  
servativa cũ  
decreto irri-  
tanti.

§. 5. Decernentes præsentem literas nul-  
lo unquam tempore, de subreptionis, vel  
obreptionis vitio, aut intentionis nostræ,  
vel alio quopiam alio defectu notari, im-  
pugnari, ad terminos juris reduci, aut in  
jus, vel controversiam revocari, seu adver-  
sus eas quodcumque juris, vel facti, aut gra-  
tiae remedium a quoquam impetrari posse,  
sicque intentionis nostræ fuisse, & esse, ac  
ita, & non aliter per quoscumque Judices  
ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate  
fungentes, etiam causarum Palatii Aposto-  
lici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ  
Cardinales, ac etiam de latere Legatos judi-  
cari, & definiri debere, necnon irritum, &  
inane, quicquid secus super his a quoquam  
quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter  
contigerit attentari.

Claus. derog.

§. 6. Non obstantibus quibuscumque  
ultimis voluntatibus, statutis, ordinationi-  
bus, & hæredum institutionibus, aliisque  
constitutionibus, & ordinationibus Apo-  
stolicis, necnon Urbis prædictæ, & quo-  
rumvis Monasteriorum, Ordinum, Eccle-  
siarum, & piorum locorum, etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolica, vel qua-  
vis firmitate alia roboratis statutis, & con-  
suetudinibus, necnon privilegiis, indultis,  
litteris, & exemptionibus Apostolicis, illis,  
eorumque Superioribus, Conventibus, Ca-  
pitolis, & personis, ac dilectis filiis Populo  
Romano, & quibusvis aliis, sub quibuscum-  
que tenoribus, & formis, ac cum quibusvis  
etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque  
efficacioribus, & efficacissimis, ac inso-  
litis clausulis, necnon irritantibus, & aliis  
decretis in contrarium, etiam iteratis vici-  
bus, etiam Motu proprio, & ex certa scien-  
tia, ac de Apostolica potestatis plenitudi-  
ne, ac etiam consistorialiter, & alias quo-  
modolibet concessis, approbatis, & inno-  
vatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum  
tenores præsentibus pro sufficienter, ac de  
verbo ad verbum expressis, & insertis ha-  
bentes, illis alias in suo robore permanen-  
tis, hac vice dumtaxat specialiter, & expre-  
sse derogamus, caterisque contrariis qui-  
buscumque.

Dat. die 14.  
Octob. 1602.  
An. XI.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum,  
sub annulo Piscatoris, die 14. Octobris,  
millesimo sexcentesimo secundo, Pontifi-  
catus nostri Anno undecimo.

CCXCII.

Indulta Studii Generalis Civitatis Ferrariae.

Hoc Studium erexit Bonif. IX. in ejus Con-  
stitut. IV. in Suprema. Tom. III. Par. II.  
fol. 383.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dignitati, & ho-  
nori, ipsiusque temporalis ditionis con-  
serva-  
O o o 2

servationi, & augmento maxime conduce-  
re arbitramur, ut in precipuis ejusdem  
temporalis ditionis Civitatibus publica vi-  
geant Studiorum generalium Universitates,  
in quibus tum ipsius imprimis S. R. E. sub-  
diti, tum exteri etiam optimarum discipli-  
narum Studii vacare possint. Et propterea  
ut magis in dies efflorescant, Nos illas am-  
plioribus in dies favoribus, & gratis liben-  
ter prosequimur, prout in Domino salubri-  
ter conspiciamus expedire.

Studium ge-  
nerale anti-  
quius in Ci-  
vitate Ferrar-  
ie institutum  
fuit.

§.1. Cum itaque in Civitate nostra Ferrar-  
riensi ab antiquissimo tempore instituta  
sit Universitas Studii generalis, Nos qui Ci-  
vitatem predictam per Nos sub imme-  
diata nostra, & Sanctae Romanae Ecclesiae  
jurisdictione temporali receptam, pecu-  
liari quadam dilectione prosequimur, cu-  
pientes Universitatem Studii generalis hu-  
jusmodi non solum conservari, sed in dies  
majora suscipere incrementa, illam specia-  
libus quibusdam privilegiis, & gratis du-  
ximus exornandam.

Cui modo hic  
Pontifex haec  
indulgentia con-  
cedit.

§.2. Motu igitur proprio, & ex certa  
nostra Scientia, ac matura deliberatione, de-  
que Apostolicae potestatis plenitudine, ha-  
rum ferie perpetuo concedimus, & indul-  
gemus.

Professores  
eligant Recto-  
res.

§.3. Quod professores in dicta Univer-  
sitate Studii generalis Ferrariensis, utrius-  
que Juris, ac Artium, & Medicinae, cum  
se opportunitas obtulerit Rectores, ut in  
more est, creare possint.

Rectores co-  
gnoscant cau-  
sa Scolarium  
usque ad sum-  
mam fecerit.

§.4. Quod hujusmodi Rectores pro tem-  
pore, & iis non existentibus, Reformatores  
Studii predicti facultatem habeant judican-  
di, & cognoscendi de causis, & litibus ci-  
vilibus Scolarium dicti Studii quoad sum-  
mam decem scutorum tantum, tam active  
quam passive, & privative quoad alios  
Judices quoscumque.

Statutaque  
d. Universita-  
tis reforment.

§.5. Quod iidem Rectores, una cum  
Consiliariis, & Thesaurario, seu Reforma-  
tores, implorata ante omnia auctoritate,  
& obtenta licentia dilecti filii nostri, &  
Apostolicae Sedis in d. Civitate Ferrariensi  
Legati, seu Gubernatoris pro tempore  
existentis statuta dictae Universitatis corri-  
gere, & reformare possint, quae sic corre-  
cta, & reformata, perinde acsi auctoritate  
Apostolica roborata essent, observari de-  
beant.

Scolares arma  
gelatae possint.

§.6. Quod Scolaribus descriptis in albo  
dictae Universitatis, de predicti Legati, seu  
Gubernatoris licentia, qui inspecta qualitate  
personarum, & morum hujusmodi licen-  
tiam concedet, Arma quaecumque, non-  
tamen expresse prohibita, diu hostiisque cum  
lumine, & sine lumine, & ubique locorum  
deferre licitum sit, edictis, aut proclama-  
tionibus, vel bannis quibuscumque minime  
obstantibus.

Rectores, &  
Scolares sint  
immunus a  
gabellis pro  
vehendis re-  
bus sibi neces-  
sariis, aliisque  
impositioni-  
bus etc.

§.7. Quod Doctores legentes, & Sco-  
lares tam Ferrarienses, & alii subditi San-  
ctae Romanae Ecclesiae, quam alienigenae  
quicumque albo dictae Universitatis adscri-  
pti, veniendo, & recedendo, conducen-  
do, & reconducendo libros, vestes, sup-  
pellectilia, utensilia, ac ea etiam emendo

pro ipsorum, & familiae ipsorum usu, &  
opportunitate, ab omnibus gabellis, ve-  
tigalibus, pedagiis, datis, etiam bullet-  
ta, & transitibus, aliisque oneribus [ praeterquam molitura, & gabellae, quae dicitur  
di piazza ] necnon etiam ab omnibus factio-  
nibus, angariis, & perangariis, ac oneribus  
personalibus, & realibus, tam hucusque  
impositis, quam imposterum ex quacumque  
causa imponendis, penitus immunes, &  
exempti, ac liberi perpetuo existant, prout  
Nos illos, & quemlibet eorum, liberos,  
immunes, & exemptos perpetuo facimus,  
& declaramus.

Doctores Col-  
legii, & Uni-  
versitatis Sco-  
larium, gaud-  
deat privile-  
giis Studii ge-  
neralis Civita-  
tis Bononiae  
concessis ab  
onibus IX. loc  
cit. in Rub.

§.8. Demum Collegiis Doctorum, &  
Universitati Scolarum Studii generalis Ferrar-  
riensis, omnia, & singula privilegia, &  
indulta, per quoscumque Romanos Ponti-  
fices Praedecessores nostros, ac Nos, &  
Apostolicam Sedem Collegiis Doctorum,  
& Universitati Scolarum Studii generalis  
Civitatis nostrae Bononiensis concessa,  
etiam si talia sint, quae speciali nota digna  
essent, quae tamen omnia, & singula  
praesentibus pro singulariter expressis, & spe-  
cificatis haberi volumus, Motu, scientia,  
& potestatis plenitudine similibus, ita ut  
Collegia Doctorum, ac Universitas Scola-  
rium Studii generalis Ferrariensis hujusmo-  
di privilegiis, & indultis omnibus, &  
per omnia frui, potiri, & gaudere possint,  
& valeant, perinde acsi illis nominatim  
concessa fuissent, concedimus, & indul-  
gemus.

Iussu hac  
Bullam re-  
gistrandi in  
Cam. Apost.

§.9. Quocirca per praesentes commit-  
timus, & mandamus dilecto filio nostro  
S. R. E. Camerario, ac Praesidentibus, &  
Clericis Camerae nostrae Apostolicae, ut  
eadem praesentes in eadem Camera ad-  
mittant, & in ipsius Camerae libris descri-  
bi, & registrari faciant.

Deputatio  
exequutorum.

§.10. Necnon predicto nostro, &  
Apostolicae Sedis de latere Legato, ac Ve-  
nerabili Fratri Episcopo Ferrariensi, quate-  
nus ipsi, vel alter eorum, per se, vel alium,  
seu alios praesentes literas, & in eis con-  
tenta quaecumque solemniter publicantes,  
ac eisdem Doctoribus, Scolaribus, & aliis  
predictis in praemissis efficacis defensionis  
praesidio assistentes, faciant auctoritate  
nostra illos praemissorum eorumdem effectu  
pacifice frui, & gaudere, non permitten-  
tes eos desuper a quoquam, quavis auctori-  
tate, quomodolibet molestari, perturbari,  
vel inquietari. Contradictores quoscumque  
per censuras, & penas ecclesiasticas, alia-  
que opportuna juris, & facti remedia, ap-  
pellatione postposita compescendo, invo-  
cato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio  
brachii secularis.

Derogatio  
contrarium.

§.11. Non obstantibus Constitutionibus,  
& ordinationibus Apostolicis, & quibusvis  
statutis, & consuetudinibus, etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolica, vel  
quavis firmitate alia roboratis, privilegiis  
quoque, indultis, & literis Apostolicis in  
contrarium praemissorum quomodolibet  
concessis, confirmatis, & approbatis,  
Quibus omnibus, & singulis eorum teno-  
res

Dat. die 25.  
Octobris 1602.  
An. XI.

res praesentibus pro expressis habentes, dero-  
gamus, ceterisque contrariis quibuscumque.  
Datum Romae apud Sanctum Marcum,  
sub annulo Piscatoris, die 25. Octobris,  
millesimo sexcentesimo secundo, Pontifi-  
catus nostri Anno undecimo.

CCXCIII.

Ex Reges. in  
Secret. Breve.

Declaratio, quod verba: *ratione Beneficii  
Ecclesiastici*: addita in Literis confirmatio-  
nis Privilegiorum a Julio PP. II. conce-  
sorum Collegio Universitatis Studii Ge-  
neralis de Alcalá de Henares, Toletanae  
Diocesis, non praedictentur iuribus Ar-  
chiepiscopi Toletani, cum sint addita  
praeter mentem Pontificis confirmantis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Procurator.

DEcet Romanum Pontificem circa du-  
bia, quae super gratis ab eo emanatis  
oriri contingunt, mentem suam declarare,  
prout in Domino salubriter conspicit expe-  
dire.

Recentes Co-  
firmatione a  
se factam.

§.1. Cum itaque Nos alias per nostras in  
hac forma Brevis Literas sub Datum die  
25. Maii 1600, Pontificatus nostri Anno  
Nono expeditas, quasdam a fe. re. Julio  
Papa II. concessas, & a Julio Papa III. Prae-  
decessoribus nostris confirmatas, Collegio  
per bon. mem. Franciscum Tituli Sanctae  
Balbinae Presbyterum Cardinalem, Eccle-  
siae Toletan. ex dispensatione Apostolica  
Praefulem, in Universitate Studii generalis  
Oppidi de Alcalá de Henares Toletan. Dio-  
cesis erecto, & fundato, ejusque Rectori,  
Collegialibus, Regentibus, Doctoribus,  
Magistris, Licentiatibus, Bachalaureis, Scho-  
laribus, Cappellanis, Servitoribus, &  
Officialibus, ac Exequutoribus, & Conser-  
vatoribus eis pro tempore deputatis eorum-  
que bonis etiam ratione delicti, contra-  
ctus, domicilii, aut rei, de qua ageretur,  
exemptionem, & libertatem ab omni ju-  
risdictione, superioritate, dominio, pote-  
state, visitatione, & correctione Archie-  
piscopi Toletan., & quorumcumque alio-  
rum Ordinariorum, eorumque Vicario-  
rum, Officialium, & ceterorum quorum-  
cumque Judicum, tunc, & pro tempore  
existentium, ac susceptionem sub B. Petri,  
& Sedis Apostolicae protectionem, alia-  
que gratias, & privilegia, ac eorumdem  
Praedecessorum Literas desuper expeditas,  
quarum tenores pro expressis haberi volui-  
mus, auctoritate Apostolica, perpetuo  
confirmaverimus, approbaverimus, & in  
novaverimus, ac de novo concesserimus,  
prout in eisdem Literis nostris plenius con-  
tinetur.

Expressionem  
que in eis fa-  
ctam praeter  
mentem.

§.2. Cumque in predictis Literis nostris  
in nova scilicet concessione in §. Et *nibi*,  
lominus potiori pro cautela de novo modernis  
& pro tempore existentes Rectorem, Colle-  
giales, Regentes, Doctores, Magistros, Li-

centiatis, Bachalaureos, Scholares, Cappel-  
lanos, Servitores, & Officiales Collegii, &  
Universitatis hujusmodi, ac Exequutores, &  
Conservatores praedictos, aliasque Universita-  
tis, & Collegii personas quascumque quom-  
dolibet nuncupatas, & quibuscumque non-  
nibus censentur, eorumque bona quacum-  
que spiritualia, & temporalia, aut mixta  
ad Collegium, & Universitatem, aut eorum  
singulares personas universaliter communiter,  
vel singulariter, aut divisim, quomodolibet  
pertinent, ab omni jurisdictione, superioritate,  
dominio, potestate, visitatione, & corre-  
ctione Archiepiscopi Toletan., & aliorum Or-  
dinariorum, eorumque Vicariorum, & Offi-  
cialium, ceterorumque Judicum, ejusdem  
auctoritate, & tenore, tam in capite, quam  
in membris, & tam universaliter, quam sin-  
gulariter, prorsus, penitus, & omnino exi-  
mimus, & liberamus, ac sub B. Petri, &  
Sedis Apostolicae protectione suscipimus, il-  
losque, & illa Nobis, & Successoribus nos-  
tris Romanis Pontificibus canonice intranti-  
bus, nec non dictae Sedi dumtaxat immediate  
subiicimus, ac exemptos, liberos, susceptos,  
& subiectos fore decernimus, ita quod Ar-  
chiepiscopi, & quicumque Locorum Ordina-  
rii, aut eorum, vel cujusvis eorum Vicari-  
i, Officiales, & Judices praedicti per se,  
vel alium, seu alios in Rectorem, aliosque  
praedictos, eorumque bona praedicta, aut  
ipsam Universitatem, Collegium, Cappel-  
lanos, Ministros, & personas praedictas,  
vel eorum alteram, etiam ratione delicti, con-  
tractus, Domicilii, Beneficii Ecclesiastici, seu  
alterius rei, de qua ageretur, ubiqueque  
committatur delictum, intatur contractus, ac  
res ipsa, seu Beneficium Ecclesiasticum consi-  
stat, aliquam jurisdictionem, dominium,  
vel potestatem quomodolibet exercere, seu  
eos, vel ea corrigere, aut apprehendere non  
possint, sed Rector pro tempore existens, ac  
Exequutores, & Conservatores praedicti cor-  
am Sede praedicta aut Legatis, & Delegatis  
ejus; Collegiales vero, Regentes, & alii  
praedicti coram eodem Rectore dumtaxat, te-  
neantur de iustitia respondere tam in benefi-  
cialibus, quam in civilibus, quam etiam in  
criminalibus, seu mixtis causis, siue agatur  
de crimine ex officio, siue inquisitione, aut  
partis accusatione, aut alias quomodolibet  
civiliter, vel criminaliter, respondere, nec  
ratione delicti, vel alia ex causa in alio,  
quam dicti Collegii, & Universitatis car-  
cere mancipari possint. Verba illa Beneficii  
Ecclesiastici, quae in priori concessione per  
Julium II. facta non continentur, praeter  
mentem, & intentionem nostram addita  
facient:

Et Contro-  
versiam inde  
excitata.

§.3. Cumque inter Venerabilem Fra-  
trem Archiepiscopum Toletan., & praedi-  
ctum Collegium controversa vertatur, quae  
in Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Car-  
dinales Sacri Tridentini Concilii interpre-  
tes per utramque partem compromissa exitit,  
an praedicti Collegii, & Universitatis  
Rector, Collegiales, Regentes, Doctores,  
Magistri, Licentiat, Bachalaurei, Scholares,  
Cappellani, Servitores, & Officiales, ac alii

supradicti, etiam ratione Beneficiorum Ecclesiasticorum à prædicti Archiepiscopi jurisdictione, superioritate, visitatione, & correctione exempti sint.

§.4. Nos, ne ex verbis supradictis, prædicti Archiepiscopi iuribus aliquod præjudicium inferatur, providere volentes; Motu proprio, & ex certa nostra scientia, hactenus serie declaramus, nostra mentis, & intentionis non fuisse, nec esse, prædictis Collegio, Universitati, Rectori, Collegialibus, Regentibus, Doctoribus, Magistris, Licentiatis, Bachalaureis, Servitoribus, & Officialibus, ac aliis supradictis, aliquid ultra ea, quæ per dictos Prædecessores in prædictis eorum Literis concessa fuerunt, de novo concedere, ac supradicta, Beneficiorum Ecclesiasticorum, ac alia quæcumque verba in nostris Literis prædictis addita, ultra ea, quæ in Literis dictorum Prædecessorum continentur, præter mentem, & intentionem nostram addita fuisse, ac in nihil prorsus operari, perinde ac si in prædictis nostris Literis minime adessent, ipsosque Cardinales supradictos ad decisionem dictæ controversiæ libere procedere posse, & debere.

§.5. Sicque, & non aliter per eosdem Cardinales, & quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, nostra de non tollendo iure quaesito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die 4. Novembris 1602., Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CCXCIV.

Quod Fratres Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, ubique præcedant Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

De Ordine Carmelitarum habes in Constitut. LXVIII. Honorii III. Ut vivendi. Tom. III. fol. 242. Et de Fratribus de Mercede habes in Constit. XLII. Gregorii IX. Devotioni. Tom. III. fol. 284.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decretum Romanum Pontificem, dissensionum, & controversiarum materias inter Ecclesiasticas, Regulares præsertim personas è medio tollere, ac præcidere, pro-

ut in Domino salubriter conspiciatur expedire.

§.1. Cum itaque, sicut pro parte dilecti filii Procuratoris generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum nobis nuper expositum fuit, alias in Civitate Calaritana in Regno Sardinie orta fuerit controversia præcedentia inter Fratres Ordinis Carmelitarum, & Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum;

§.2. Et licet de Anno 1600. sub die 27. Aprilis per visitatores Apostolicos decretum fuisset, ut Fratres Carmelitarum in eorum possessione præcedendi dictis Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede manerentur, & pridem in sacro Rotæ Auditorio, die 10. Martii 1600. etiam in petitorio præcedentiam dictis Fratribus Carmelitanis deberi contra ipsos Fratres de Mercede declaratum fuerit, nihilominus dicti Fratres de Mercede recusaverint, & recusent præcedentiam dare dictis Fratribus Carmelitanis, & propterea non sine scandalo Populi ad publicas Processiones, & funera defunctorum cum ipsis Fratribus Carmelitanis accedere noluerint.

§.3. Nos super præmissis opportune providere, ac omnem scandali, & controversiæ occasionem, quantum cum Domino possumus, è medio tollere volentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris generalis nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super sacris ritibus, & caeremoniis deputatorum, declaramus, & decernimus, prædictos Fratres Beatæ Mariæ de Mercede cogendos esse, ut ad processiones publicas, & funera accedant, & præcedentiam dictis Fratribus Carmelitanis relinquunt, juxta formam supradictorum decreti, & decisionis Rotæ.

§.4. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, per presentes committimus, & mandamus, ut quodcumque, & ubicumque opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Carmelitarum fuerint requisiti præsentem litteras, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra prædictos Fratres B. Mariæ de Mercede in Civitatibus, & locis, in quibus utraque Religio, Carmelitarum scilicet, & B. Mariæ de Mercede est instituta, ad Processiones publicas, & funera, ad quæ accedere tenentur, omnino accedere, ac præcedentiam ipsis Fratribus Carmelitanis, ut præmissum est, in illis, & in aliis etiam privatis Processionibus, & actibus, in quibus utramque Religionem simul

Controversiam ortam inter istos Ordines.

Visitatores Apost. & Rotæ Romæ defuisse ut favorem Carmelitarum.

Quod hic Patris approbat.

Et sic iudicari jubet.

Executores deputat.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 20. Septembris, millesimo sexcentesimo quarto, Pontificatus nostri Anno 13.

CCXCV.

Clero Sæculari Regnorum Hispaniarum, adjudicatur præcedentia supra Monachos, & Fratres quoscumque in omni loco, etiam in propriis ipsorum Religiosorum Monasteriis, & Ecclesiis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias a Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequenti videlicet: Ad perpetuam rei memoriam. Decretum Romanum Pontificem dissensionum, & controversiarum materias inter Ecclesiasticas, sæculares, & Regulares personas è medio tollere ac præcidere, prout in Domino salubriter conspiciatur expedire. Cum itaque, sicut accepimus in aliquibus Regnorum Hispaniarum partibus nonnulli Religiosi, etiam Ordinum mendicantium præterdant, Clerum sæcularem in funere associatione, processioneibus, & aliis actibus publicis præcedere, allegantes aliquam consuetudinem, vel potius abusum, & eo prætextu Clerum ipsum sæcularem perturbent. Nos utriusque Cleri sæcularis, & Regularis quieti consulere, ac omnium controversiarum occasionem inter eos removere, quantum cum Domino possumus, cupientes, ex decreto etiam Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sacris ritibus, & caeremoniis deputatorum harum serie perpetuo decernimus, & declaramus, Regulares, tam Monachos, quam Fratres quorumcumque Ordinum etiam mendicantium in funere associatione, processioneibus, & aliis hujusmodi publicis actibus non debere Canonicos, Rectores, & Clericos sæculares præcedere, neque cum eis mixtim incedere, etiam si aliquando ex sæcularium Indulgentia, aut humanitate, seu alia fontan de causa secus factum fuerit, & quatenus contrariam consuetudinem, tanquam abusum corrigendam esse, idque indubitati juris existere, ac ita ubique locorum in Regnis Hispaniarum perpetuo observari debere, sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis Toletan., & Hispalen., ac dilecto filio nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio per presentes committimus, & mandamus, ut ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu

Ex Reg. in Secret. Brevis.

Referret litteras suas, quibus declaraverat Clero sæculari præcedentiam super quoscumque que Regularis competere

simul convenire contigerit, relinquere, ac ipsos Fratres B. Mariæ de Mercede id facere recusantes, per censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita cogant, & compellant, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 15. Novembris, millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus nostri Anno undecimo.

Sequitur ampliatio d. Definitionis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum Pontificem spectat dubia, quæ super constitutionum Apostolicarum interpretatione quandoque emergunt, declarare, prout in Domino conspiciatur expedire.

§.1. Alias siquidem a nobis emanarunt litteræ tenoris sequentis, &c. Onititur tenor, quia est ipsa bulla quæ præcedit.

§.2. Cum autem postea, quia pro parte dilecti filii Procuratoris generalis dicti Ordinis B. M. de Mercede oppositum fuit, præsertim litteras non debere intelli gi pro omnibus, sed pro quibusdam particularibus tantum locis concessas, in Congregatione Sacrarum Rituum iterum negotium hoc audit utriusque Ordinis Procuratoribus, mature discussum, & ipsius Congregationis votum ad nos relatum fuerit.

§.3. Nos omnem ulterius dubitandi super hoc occasionem è medio tollere volentes, ex voto Congregationis præfate harum serie declaramus, & decernimus, Fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, ubique locorum, fratribus eisdem B. Mariæ de Mercede præcedere debere, ac præsertim litteras in omnibus locis observandas esse.

§.4. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, & irritum, & inane, quicquid secus à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in eisdem præsertim litteris volumus non ob stare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium quoque transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Obstantia tollit.

Transumptis credi jubet.

Dat. die 15. Novem. 1602. An. XI.

Exordium.

Hic Pontifex definitur controversiam ut supra.

Sed desuper orta est difficultas.

Quam hic Pontifex remouet.

Et ita iudicari mandat.

Contrariis derogat.